

non Quod i maxime in Urbe nostra Ministri Ecclesiae Parochialis hactenus observarunt, seque statuto accommodarunt. Non ergo absurdum videbitur, si dicamus etiam Gymnasii Praeceptores iisdem statutis teneri.

II. Negativa tamen, quod supra allegata Statuta Civitatis, quae fiunt de Constitutione Tutorum, et successione, ad Professores et Collegas Gymnasii non pertineant, verior videtur.

1. Quia nullum hic videmus firmum obligandi Principium. Non enim sequitur: Quod cives et rusticos ratione Successionis obligat, illud etiam obstringit Gymnasii Ministros, extra Jurisdictionem Civitatis positos.

Gaius l. 2. Obs. 124. n. 5.

2. Quia Gymnasium non subest Magistratu Oppidano; sed proprium habet forum: scilicet Praesidium et Regimen pro magistratu suo agnoscit. Igitur non sunt confundenda Jurisdictiones.

l. 4. C. de Jurisd. et Finckelth. Observ. 49 n. 12.

3. Quia licet Bregensis Civitas habeat statuta sua, nisi ea simul probet, et recipiat Gymnasium, non iisdem tenentur Praeceptores. Ratio: quia extra Territorium sive